



LEMENS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM

Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum, solita considerationis indagine, perscrutamur, quam præcipuum in hac labili vita donum ab Altissimo hominibus concessum sit, ut per litterarum studium, tenebroſa ignorantiae caligine proſligata, scientiæ margaritam, per quam, ad benè beateque vivendum, via paratur, veritas agnoscitur; ac Fides Catholica, & Divini nominis cultus protenditur, adipisci valeant, ad ea, per quæ, litterarum studia huiusmodi, ubilibet, incrementa ſuscipient, & personæ, illis inſistentes, oportuna vitæ ſubſidia percipient, libenter inten-dimus, & ut id iuxta nostri cordis desiderium fœliciter subsequatur, operarias manus favorabiliter exhibemus, pro ut pia singularum Pontificali præsertim Dignitati prædictarum personarum Ecclesiasticarum expoſcit devotio, & in Domino conſpicimus, ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem omnia præſtimonia, præſtimoniales portiones, & ſimplicia, cæteraque Beneficia Ecclesiastica, apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi & diſpositioni noſtræ reservabi-mus, decernentes ex tunc irritum, & innane, ſi ſecus ſuper his, à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari. Cum itaque post modum, unum, ſeu una Beatæ Mariæ dignæ de Porto-Novo, & aliud, ſeu alia in Sancti Petri de Dimo, ac aliud, ſeu alia in Sanctæ Mariæ de Rubianes, & aliud, ſeu alia in Sanctæ Justæ de Moram, & Sanctæ Ayæ de Cruces, ac aliud in Sancti Petri de Cornazo, & aliud, ſeu alia in Sancti Georgij de la Coruña, & Sancti Stephani de Trasmonte, & aliud, ſeu alia in Sancti Christophori de Exo, & aliud, ſeu alia in Sanctæ Mariæ de Piloño, & in dominijs Sanctæ Bayæ Dozæ, & de Loreda, & de Busto, & Lamianæ, & Logroño de Logroño, & Sancti Salvatoris de Cordeiro, & aliud, ſeu alia in Sancti Ludovi-ci heremitorij de el Coto de Jallas, & aliud, ſeu alia in Sanctæ Mariæ de Cardama, & Sancti Petri de Cornazo, & de Calo, & Sarandon, & aliud, ſeu alia in Sancti Thomæ de Yames, & Sancti Michaelis, & aliud, ſeu alia in Sanctæ Ayæ, & Sancti Laurentij de Carelle, & de los Gorgullos, ac aliud,

A

ſeu

seu alia in Sanctæ Mariæ de Zachérol , & aliud , seu alia in
Sancti Joannis de Fecho , & aliud , seu alia in Sancti Breixo-
me de Varosa , & aliud , seu alia in de Lañas , & Logroña ,
& aliud , seu alia in Sanctæ Vayæ Vedræ , & aliud , seu alia
in Sancti Martini de Noya , & aliud , seu alia in Sancti Joan-
nis de Riva , & aliud , seu alia in Sancti Jiao de Luaña , &
aliud , seu alia in Sancti Michaelis de Moreira , & aliud , seu
alia in Sancti Petri del Castelo da Ajas , & aliud , seu alia
in Beatæ Mariæ de Logroño , & aliud , seu alia in Sanctæ
Christinæ de Cobres , & aliud , seu alia in Sanctæ Vayæ de
Meira , & aliud , seu alia in Sancti Martini de Moaña , &
aliud , seu alia in Sanctæ Vayæ Dena , & aliud , seu alia
in Sancti Thomæ de Caldas , & aliud , seu alia in San-
ctæ Leocadiæ de Varajan , & aliud , seu alia in Sancti
Petri de Domayo , & aliud , seu alia in Sancti Georgij
de Vea , & aliud , seu alia in Sancti Jacobi de Nueve-
Fuentes , & aliud , seu alia in Sancti Michaelis de Val-
ga , & aliud , seu alia in Sancti Jacobi Dandrove , &
aliud , seu alia in Sanctæ Mariæ de Coiro , & aliud ,
seu alia in Sancti Vincentij del Pino , & aliud , seu alia
in Sancti Joannis de Sardineiro , & aliud , seu alia in
Sanctæ Vayæ Dozæ , & aliud , seu alia in Sanctæ Mariæ de
Queijas , & aliud , seu alia in Sancti Petri de Jallas de Por-
queira , & aliud , seu alia in Sancti Clementis de Meratien-
nij , & aliud , seu alia in Sancti Mametis & Sanctæ Crucis
de Rivadulla , & Lestedo , & aliud , seu alia in Sancti Petri de
Durazo , & aliud , seu alia in Sanctæ Vayæ de Matalobos ,
& aliud , seu alia in Sancti Jiani de Laiño , & aliud , seu
alia in de Laraño , & cætera , aut locis , seu opidis , vel do-
minijs prædictis , Præstmonia , seu Præstmoniales portiones ,
seu simplicia , seu servitoria Beneficia Ecclesiastica , vel Ca-
pellaniæ , tertiaræ , vel mediæ , aut quartæ , seu aliæ partes , aut
portiones , vel alias nuncupatæ , quæ vel earum aliqua , seu
aliquæ , ut à nonnullis asseritur , de Jure Patronatus Laico-
rum , etiam forsam , nobilium , & illustrium , vel eorum ,
& Clericorum mixtim , vel separatim existunt , per liberam
resignationem venerabilis fratris nostri Alphonsi Archiepis-
copi Toletanæ Diœcesis , quæ , seu quas ex concessione , &
dispositione Apostolica , tunc in titulum , vel commendam
obti-

obtinebat , per dilectum filium Lupum Sancium de Ulloa ,
 Archidiaconum de Barancelli in Ecclesia Auriensi , Pro-
 curatorem suum , ad hoc ab eo specialiter constitutum ,
 in manibus nostris sponte factam , & per nos admissam
 apud sedem eandem , seu ex eo quod idem Alphonsus
 Archiepiscopus , si tamen ille in commendam , ut præfer-
 tur , obtinebat , commendæ huiusmodi in eisdem ma-
 nibus per eundem procuratorem , ad hoc ab eo simi-
 liter constitutum , sponte , & libere cessit . Nosque ces-
 sionem ipsam etiam duximus admittendam , adhuc eo
 quo ante commendam eandem vacaverant , modo vaca-
 verint , & vacent ad præsens , nullusque de illis , quæ
 idem Alphonsus Archiepiscopus in titulum obtinebat , &
 Jure Patronatus huiusmodi non sint , præter Nos , hac vice ,
 disponere potuerit , sive possit , reservatione , & Decre-
 to obſſtentibus supradictis , & ſicut exhibita nobis nu-
 per pro parte eiusdem Alphonsi Archiepiscopi petitio
 continebat , quod ipſe , ob singularem devotionem , quam
 ad Ecclesiam Compostellanam , cui alias multo tempo-
 re præfuit , gerit , ac considerans , quod in partibus illis
 plures Præſbyteri indocti existunt , quorum aliqui , ob pe-
 nuriam ſubſtentionum , diſcere & ſtudere non valeant ,
 ac ex certis alijs rationabilibus cauſis , eum moventibus ,
 deſiderat , in Civitate Compostellana , quæ & illius Me-
 tropolitana Ecclesia inſignis , & notabilis exiſtit , unum
 Collegium Scholarium conſtruere , vel aliud Collegium par-
 vum , ſeu domum ſtudij , quondam Lupi Gometij , & Di-
 daci Episcopi Ovetensis nuncupatum , ſeu nuncupatam ,
 iam in eadem Civitate conſtructum , cuius tamen ædifi-
 cia adeo vetuſta , & parva existunt , quod pro paucis tan-
 tum Scholaribus , ſeu Lectoribus ſufficit , ampliare , vel
 prope illud , aliud Collegium Scholarium , per eum iam
 forſam conſtrui cæptum , perficere , cum magna , & ſump-
 tuosa domo , ac iſpum vetus Collegium , ſeu domum ,
 eidem conſtituendo Collegio unire , ac alias competen-
 ter dotare , modo & forma inſcriptis , ſuis ſumptibus ,
 & expenſis , pro pauperibus Scholaribus , qui inibi Theo-
 logiæ , & utriusque juris , ac artium liberalium faculta-
 tibus , & ſcientijs operam darent ; & ſi eidem Alphon-
 so

so Archiepiscopo , licentia , Collegium ipsum constituendi , ampliandi , & perficiendi , concederetur , ac eidem Collegio construendo , ampliando , vel perficiendo , pro eius utiliori dote , domus studij antiqui huiusmodi , ac Præstimonia , seu portiones , aut Beneficia , vel Ecclesiæ , seu heremitoria , aut Capellaniæ , vacantia , vel vacantes huiusmodi , perpetuo unirentur , annexarentur , & incorporarentur , profecto , Reipublicæque Litteratorum , quorum laboribus & operibus , Mundus illuminatur , cultusque Divinus exaltatur , quibusque partes illæ sumo- pere indigere , noscuntur , plurimum consuleretur ; qua- re , pro parte dicti Alphonsi Archiepiscopi , afferentis , Ecclesiarum , seu heremitariorum , aut præstimoniorum , portionum , aut simplicium , & aliorum Beneficiorum , seu Capellaniarum prædictorum , & del Hospide , ac for- sam aliorum annexorum fructus , redditus , & proventus quadragintorum ducatorum auri de Camara , secundum communem æstimationem , valorem annum non excede- re , Nobis fuit humilitè supplicatum , quatenus sibi in præmissis opportune providere de benignitate Apostoli- ca dignaremur ; Nos igitur , qui dudum inter alia volu- mus , quod semper in unionibus commissio fieret ad par- tes , vocatis , quorum inter esset , eundem Alphonsum Archiepiscopum à quibusvis excommunicationis , suspen- sionis , & interdicti , alijsque Ecclesiasticis sententijs , cen- suris , & pœnis à jure , vel ab homine , quavis occasio- ne , vel causa latis , si quibus quomodolibet innodatus existit , ad effectum præsentium dumtaxat consequendum , harum serie absolventes , & absolutum fore censentes , ac verum ultimæ præstimoniorum , seu Portionum , seu Be- neficiorum , vel Ecclesiarum , aut heremitariorum , seu Capellaniarum huiusmodi , quæ idem Archiepiscopus in commendam forsam obtinebat , vacationis modum , etiam si ex illo quo ad illa , vel illas , quæ de Jure Patrona- tus huiusmodi non sint , quævis generalis reservatio , etiam in corpore juris clausa resultet , præsentibus pro expressis habentes , huiusmodi supplicationibus inclinati , authoritate Apostolica , tenore præsentium , eidem Al- phonso Archiepiscopo in Civitate prædicta , prope vetus
Colle-

Collegium , seu domum studij veteris huiusmodi , aut
in eo , seu alio loco decenti , per eum eligendo , unum
Collegium pro uno Rectori , & pauperibus Scholaribus
in numero , & cum qualitatibus , modisque , & for-
mis , ac pro tempore , temporibus , per dictum Alphon-
sum Archiepiscopum , introducendis , & ordinandis , ac
in eo unam Capellam cum Altari , in quibus , per unum ,
vel duos , aut plures Capellanos , ad nutum dicti Alphon-
si Archiepiscopi , quo ad vixerit , & post eius ovitum ,
Rectoris , & Collegialium , inibi pro tempore existen-
tium , amoviles , Missæ , & alia Divina Officia celebra-
ri possint cum Campanali , campanis , & alijs Officinis ne-
cessarijs , adinstar aliorum Collegiorum similium Scho-
larium in Salmantina , & alijs Civitatibus , opidis , & locis
illarum partium , per eundem Alphonsum Archiepisco-
pum eligendorum , sine alicuius præiudicio , ad eiusdem
Altissimi , & totius Curiæ Cœlestis laudem , honorem , &
gloriam construere , & ædificare , seu ipsum vetus Colle-
gium , seu studium , ac illius domum ampliare , & exten-
dere , & in construendo , vel extendendo , aut amplian-
do Collegio prædicto , eosdem Scholares in numero , &
qualitatibus , ac pro temporibus prædictis Collegialiter per-
mansuros , & eisdem facultatibus , & scientijs operam da-
turos , introducere , ac Cathedras pro Lectoribus , in nume-
ro decenti , & pro eis salario , & mercedes , necnon quæ-
cumque statuta , & ordinationes pro illorum omnium , &
singulorum Rectoris , Doctorum , Lectorum , Scholarium ,
Capellanorum , Servitorum , & personarum dicti Colle-
gij in eo pro tempore existentium , moribus , & regimini-
bus illorum , jurium , rerum , possessionum , & bonorum mo-
bilium , & immobilium , ac fructuum , reddituum , censuum ,
proventuum , & introituum conservatione , & aumento , ac
expensarum , & sumptuum moderamine , utilia ordinare ,
concedere , & facere , illaque postquam ordinata , edita ,
condita , & facta fuerint , quoties , & quando sibi videbi-
tur , corrigere , mutare , modificare , limitare , alterare , ces-
sare , & alia de novo facere , libere & licite valeat , indul-
gemus , plenamque , & liberam ad hoc licentiam , & fa-
cultatem concedimus , illaque omnia , & singula , postquam

ordinata , edita , correcta , modificata , condita , facta , mu-
tata , & limitata fuerint , per Rectorem , Lectores , Scholares ,
Capellanos , servitores , & alias personas dicti Collegij observari
debere , decernimus , ac eidem Collegio construendo , vel
ampliando pro eius dote , & salarijs Rectoris , Lectorum , &
Doctorum , ac substantatione eorum , & Scholarium , Capellano-
rum , Ministrorum , servitorum , & aliarum personarum pro eo
tempore de gentium prædictorum , omnia , & singula bona mobilia ,
& immobilia , per dictum Alphonsum Archiepiscopum assignan-
da , perpetuo applicamus , & appropriamus , ac Collegium vetus ,
seu domus studij veteris huiusmodi , illiusque bona mobi-
lia , & immobilia , necnon omnia , & singula præstmonia ,
seu portiones , aut simplicia , & alia Beneficia , seu Ecclesiæ ,
& heremitoria , vel Capellanias , vacantia , seu vacantes hu-
ijsmodi , sive præ misso , sive quovis modo , aut ex alterius
cuiuscumque persona , seu per similem , vel liberam dicti
Alphonsi Archiepiscopi , vel cuiusvis alterius resignationem
de illis , in dicta Curia , vel extra eam , etiam coram Nota-
rio publico & testibus , sponte factam , aut assecutionem al-
terius Beneficij Ecclesiastici , quavis authoritate collati , va-
cent , etiam si tanto tempore vacaverint , quod eorum , vel
earum collatio , iuxta Lateranensis statuta Concilij , ad Se-
dem prædictam legitimè devoluta , ac Præstmonia , seu
portiones , aut simplicia , & alia Beneficia , vel Ecclesiæ , seu
heremitoria , aut Capellaniæ huiusmodi , dispositioni Apof-
tolicæ , specialiter , vel illa , quæ de huiusmodi Jure Patro-
natus non sunt , alias generaliter , reservata , seu reservatæ
existunt , & in temporalibus jurisdictionem , aut domi-
nium habeant in aliquibus ex dictis locis , eorumque Vassal-
lis , super eis quoque inter alios lis , cuius statum , præsen-
tibus , haberi volumus pro expresso , pendeat indecissa , dum-
modo eorum , vel earum , quæ idem Archiepiscopus in ti-
tulum obtineat , & de Jure Patronatus huiusmodi non sunt ,
dispositio ad nos hac vice pertineat , & in illis , quæ
idem Archiepiscopus in commendam obtinebat , aut de
Jure Patronatus huiusmodi sunt , tempore datæ præ-
sentium , non sit alicui specialiter jus quæsitus , & quo ad
illa , quæ de Jure Patronatus huiusmodi sunt dilectorum
filiorum eorum Patronorum , ac quod dictum Collegium

ye-

vetus illius fundatoris, vel Gubernatoris, aut aliorum inter se habentium, ad hoc, si nondum accessit, accedat assensus cum dictis annexis, ac omnibus Juribus, & pertinentijs suis, eidem Collegio construendo, vel ampliando pro illius dote, & substantatione, ac mercedum solutionibus prædictis juxta providam ordinationem per eundem Alphonsum Archiepiscopum faciendam, ita quod liceat Recatori, & Collegialibus prædictis per se, vel atium, seu alios corporalem Præstimoniorum, seu portionum, aut simplicium, & aliorum Beneficiorum, Ecclesiarum, vel heremitorum, aut Capellaniarum, ac domus veteris studij, iurium iuris, & pertinentiarum prædicatorum, possessionem, propria auctoritate, libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque, & illarum fructus, reditus, & proventus in suos, & ipsius Collegij construendi, vel ampliandi, ac Præstimoniorum, seu possessionum, aut simplicium, & aliorum Beneficiorum, seu Ecclesiarum, vel heremitorum, aut Capellaniarum, ac domus veteris studij prædicatorum usus, & utilitatem, ac expensas solutionum, & aliorum præmissorum convertere, Diœcessani loci, & quorumvis aliorum licentia, super hoc minimè requisita, unimus, anneximus, & incorporamus, ad Collegium construendum, & durante eorum in illo residentia illius Lectores, Collegiales, Capellanos, servitores, & personas huiusmodi ab omni jurisdictione, dominio, potestate, auctoritate, superioritate, & correctione loci ordinarij, & illius Officialium, ita quod ipsi in eos etiam ratione delicti contractus, seu rei, de qua agi contigerit, ubicumque committatur delictum, inhiatur contractus, aut res ipsa consistat, nullam jurisdictionem exercere, aut superioritatem habere possint, pœnitus eximus, & totaliter liberamus, & quoties, & quandcumque aliqui ex Collegialibus Collegij, per præsentes erecti, huiusmodi, Bachalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magisterij, aut alios Gradus in Juribus, Theologia, artium scientijs, & facultatibus prædictis, recipere voluerint, & actus, ac cursus, & alia, in similibus servari solita, inibi servaverint, & peregerint, Gradus ipsos, in eo, si inibi Doctores sint, qui illos examinent, & Gradus eis impendant, alioquin in Salmanticensi, aut alia quacumque Universitate Hispanæ, ab illius Docto-

Doctoribus, Rectoribus, Scholaſticis, & alijs ad quos id pro tempore ſpectabit, ſervatis, ſervandis, & ſolutis Juri- bus ſolvendis, recipere, & ad illos recipiendum, ac quaf- cumque Cathedras in eisdem alijs ſtudijs, & Universitati- bus regendum, & gubernandum per illarum Rectores, Scholaſticos, Doctores, & alios quoscumque ſuperiores admitti debere, ſalvis ſuis iuftis, & conſuetis ſalarijs, vel regalibus, omniaque, & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna facere, & exequi, ac cum eis fieri, & exerceri debere in omnibus, & per omnia, & ipſi ſic Graduati, in oppositionibus, & aſſecutionibus quorum- cumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiamſi Canoni- catus, & Præbenda etiam Graduatorum nuncupati, ac di- gnitates etiam maiores, & principales personatus administra- tiones, vel officia etiam curata, & electiva, etiam ſolum Graduatis in eisdem alijs Universitatibus confeſſi ſolita, & debita, ac alias qualificata, etiam in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, aut alijs Eccleſijs fuerint, & tam ipſi quam etiam Collegium conſtruendum huius- modi, illiusque Lectores, Rectores, Collegiales, Capella- ni, ſervitores, & aliæ personæ in eo pro tempore degen- tes, durante inibi residentia, illorumque omnium, & ſingulorum iura, res, poſſeſſiones, ac bona ſpiritualia, & temporalia, mobilia, & immobilia, necnon fructus, redi- tus, & proventus ad illud, & illos, ac illa pro tempore quomodolibet ſpectantia, omnibus, & ſingulis præmiſſis, ac alijs Privilegijs, indultis, exemptionibus, favoribus, con- feſſionibus, gratijs, prærogatijs, præeminentijs, favoribus, li- bertatibus, antelationibus, indulgentijs, & litteris Apostolicis, eisdem alijs Collegijs Hispaniæ huiusmodi, per quoscumque Ro- manos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem ean- dem aeternus confeſſi, & concedendiſ, & quibus illa, & il- lorum Rectores, Collegiales, Lectores, Capellani, ſervitores, & aliæ personæ in genere, de jure, vel conſuetudine, quomo- dolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, Collegium con- ſtruendum, ac in eo pro tempore degentes, & qui in eo ſtuduerint, etiam ſi alibi Gradus, ut præfertur, recepe- rent, illorumque omnium personæ, res, poſſeſſiones, fruc-

fructus, & bona huiusmodi, dicta residentia durante,
 utantur, potiantur, & gaudeant, ac uti, potiri, &
 gaudere, liberè & licitè valeant, in omnibus, & per
 omnia, perinde ac si illa omnia, & singula Collegio
 construendo, & illius Rectoribus, Lectoribus, Scho-
 laribus, rebus, possessionibus, & bonis prædictis spe-
 cialiter, & expresse concessa, & indulta fuissent, ipsi-
 que Rectores, Lectores, Collegiales, Capellani, ser-
 vidores, & personæ in eisdem alijs singulis Collegijs
 Universitatibus, & studijs præfatis studuissent, & in
 cursus peregissent, & legissent, ac alias servanda, ser-
 vassent, similiter indulgemus, ac statuimus, & ordi-
 namus: quo circa venerabili fratri nostro Episcopo
 Vigorniensi, & dilectis filijs Beatæ Mariæ de Sobra-
 do, & sancti Martini de Fora Cisterciensis, & Sancti
 Benedicti, ordinum Compostellanæ Diocesis Monaste-
 riorum Abbatibus, per Apostolica scripta mandamus,
 quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel
 alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta
 quæcumque, ubi, & quando expediant, ac quoties pro
 parte Alphonsi Archiepiscopi, ac pro tempore existen-
 tium Rectoris, Conciliariorum, Collegialium, familia-
 rium, negotiorum, gestorum, & aliarum personarum
 Collegij construendi prædictorum, vel cuiusvis eorum
 desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque
 in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, fa-
 ciant autoritate nostra, constitutionem, vel amplia-
 tionem, exemptionem, liberationem, unionem, an-
 nexionem, incorporationem, applicationem, appro-
 priationem, decreta, indulta, statuta, ordinationes,
 licentias, & alia præmissa, ac reliqua per dictum Ar-
 chiepiscopum præsentium vigore ordinanda, & facien-
 da, firmitè observari, ac singulos, quos præsentes lit-
 teræ concernunt, illis pacifice frui, & gaudere, non
 permittentes, eos, aut eorum aliquem, prædictos ordi-
 narios, vel officiales prædictos, aut alios quo scum-
 que desuper quomodolibet indebitè molestari; contra-
 dictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione pos-
 sita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus
 fue-

fuerit; auxilio Brachij Sæcularis; &c. Datum Romæ
apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini-
cæ, millesimo quingentesimo vigesimo quinto, Idus
Martij. Pontificatus nostri, anno tertio. Yo Madri-
gal. M. de Bracijs -- Jo-- Amobrel - A del Mareal - Jo
de nue pro ann. dum 40. Al -- Redondo. L. de Sanc-
torohame.

